

Q. D. B. V.  
POSITIONES MISCELLANÆ  
DE  
CONSTITUTIONIBUS  
PRINCIPUM

*Quas*  
SUB PRÆSIDIO  
*VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,  
Excellentissimi*

DN. JO. HENRICI FELTZII,  
J. U. D. & Prof. Publ. Ordin.  
p. t. Facult. Jurid. Decani  
*ad d. 5. Februarii M DCC XXI.*  
SOLENNITER defensus est  
JOANNES LUDOVICUS  
D'AULNOY,  
Tullensis.

—❦❦❦—❦❦❦—❦❦❦—❦❦❦—❦❦❦—  
ARGENTORATI, Literis DANIELIS MAAGII.

Diss. jur. civ.

429,8

*Per- Illustri DOMINO*  
**ANTONIO**  
**DU MESNIL**

Archidiacono & Canonico Eccle-  
siæ Cathedralis Tullensis,

hæc

Studiorum suorum  
primitias

Dedicat

**JO. LUDOVICUS D'AULNOY.**



POSITIONES MISCELLANÆ  
DE  
CONSTITUTIONIBUS  
PRINCIPUM

I.



Constitutio Principis  
est placitum summi Impe-  
rantis, vim legis habens.

II.

Ejusmodi Principum placita emittun-  
tur vel *motu proprio*, vel *motu alieno*.

III.

Motu proprio emittuntur *Edicta* &  
*Mandata*, motu alieno *Rescripta* & *De-  
creta*.

A 2

IV.

IV.

*Edictum* est constitutio, qua Princeps motu proprio ad subditorum utilitatem aliquid edicit & constituit.

V.

*Mandatum* est constitutio, qua Princeps motu proprio certis personis in certo negotio aliquid mandat, idque vel *cum* vel *sine clausula justificatoria*.

VI.

*Rescriptum* est constitutio, qua Princeps consulentibus vel referentibus respondet.

VII.

Si enim *privatus* quidam Principis sententiam expetierit, tunc illa brevissimis verbis *annotari* solet; si *Judex* vel *Magistratus*; tunc Princeps voluntatem suam per *Epistolam*, cui preces supplicantis inseruntur, declarat; si denique *integrum* quoddam *Collegium*, tunc *sanctione pragmatice*,

ca,

ca, absque tamen precum insertione, Princeps respondet.

VIII.

Ad validitatem autem Rescriptorum in genere requiritur I. *ut preces impetrantium in veritate nitantur*; nam si *sub- & obreptitiè* impetrata fuerint, vel, uti illud Galli eleganter pronunciant, *quand on a surpris la religion du Prince*, ipso jure nulla sunt. II. *ne sint contraria juri quasito tertii*. III. *ut dies & Consul apponatur*. IV. *ut accedat Principis subscriptio*.

IX.

*Decretum* est constitutio, qua Princeps de re inter quosdam controversa, post causæ cognitionem sententiam suam, vel *definitivam* vel *interlocutoriam* pronunciat.

X.

Ratione *Subjecti*, cujus gratia emittuntur, *Constitutiones* sunt vel *generales*, vel

A 3

spe-

*Speciales* : illis omnes subditi, his nonnulli tantum tenentur. Et hæ posteriores communiter vocantur *Privilegia*, quæ, si accurate loqui velimus, tum à *Constitutionibus personalibus*, tum à *jure singulari* multum differunt,

X I.

Est autem *Privilegium* in genere nihil aliud, quam *Constitutio specialis*, ultra communem juris tenorem; respectu unius vel nonnullorum subditorum, æquitatis administrandæ gratia, emissa.

X II.

Et in hac significatione privilegia bene dividuntur in *Odiosa & Favorabilia*.

X III.

*Odiosa* sunt, quæ in odium personæ constituuntur, e g. quando quis pœna extraordinaria afficitur.

X IV,

*Favorabilia* vocantur, quæ in personæ  
næ

næ favorem concessa sunt, & his proprie nomen *privilegi* convenit.

XV.

Dividuntur autem privilegia respectu subjecti in *personalia* & *realia*.

XVI.

*Personalia* sunt, quæ intuitu personæ conceduntur, eique ita inhærent, ut cum ea iterum extinguantur, nec ad hæredes transeant.

XVII.

*Realia* sunt, quæ intuitu rei conceduntur, eique ita inhærent, ut cum ea ad quosvis possessores transferantur.

XVIII.

Privilegia respectu concedentis *latissime*, quatenus vero tendunt in præjudicium tertii, *strictissime* interpretanda sunt.

XIX.

Quæritur, an privilegia à summo Impe-

pe-

perante concessa ab ipso iterum revocari  
possint? *Affirm.* si fuerint concessa ad be-  
neplacitum, *Neg.* si titulo oneroso acqui-  
sita sint.

X X.

Quæritur, an morte concedentis pri-  
vilegia exspirent, adeoque Successoris re-  
novatione vel confirmatione opus ha-  
beant? *Neg.*

S. D. G.



IN OFFICINA S. J. G. V. G. D. 1788

1788